

Mikulová, Jana

## Způsobová závislost

In: Mikulová, Jana. *Syntax latinských vedlejších vět*. 1. vyd. Brno: Masarykova univerzita, 2014, pp. 463-474

ISBN 978-80-210-7207-7; ISBN 978-80-210-7210-7 (online : Mobipocket)

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/131807>

Access Date: 17. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

# ZPŮSOBOVÁ ZÁVISLOST

**1. Přeložte do češtiny. Uveďte, zda konjunktiv vyjadřuje současnost, předčasnost nebo následnost a podle jakých pravidel je použit. Zjistěte, zda některé věty zůstávají i v závislosti indikativní, a pokuste se to zdůvodnit.**

1. Habetis eum consulem, qui et parere vestris decretis non dubitet et ea, quae statueritis, quoad vivet, defendere et per se ipsum praestare possit. (Cic. *Catil.* 4, 24)
2. Vereor, ne haec qui non viderunt, omnia me nimis augere atque ornare arbitrentur. (Cic. *Verr.* II 4, 124)
3. Ut vero Hannibal ipse, dum murum incautius subit, adversum femur tragula graviter ictus cecidit, tanta circa fuga ac trepidatio fuit, ut non multum abesset, quin opera ac vineae desererentur. (Liv. 21, 7, 10)
4. Itaque non deterret sapientem mors, quae propter incertos casus cotidie imminet, propter brevitatem vitae numquam potest longe abesse, quo minus in omne tempus rei publicae suisque consulat, cum posteritatem ipsam, cuius sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere. (Cic. *Tusc.* 1, 37, 90)
5. Sic cogitabam, cum contra dicturus esset Hortensius et cum me esset attente auditorus Philippus, fore, uti permultis in rebus timore prolaberer. (Cic. *Quinct.* 77)
6. Invitus feci, ut fortissimi viri T. Flaminini fratrem L. Flaminium e senatu eicerem septem annis post, quam consul fuisset, sed notandam putavi libidinem. (Cic. *Cato* 42)
7. Qui enim teneat causas rerum futurarum, idem necesse est omnia teneat, quae futura sint. (Cic. *div.* 1, 127)
8. Si quis dicit optimum esse navigare, deinde negat navigandum in eo mari, in quo naufragia fieri soleant et frequenter subitae tempestates sint, quae rectorem in contrarium rapiant, puto hic me vetat navem solvere, quamquam laudet navigationem. (Sen. *dial.* 8, 4, 1)
9. Legati Romanorum cum se non, quo hostis vocasset, sed quo imperatores sui duxissent, ituros esse respondissent, domum rediere. (Liv. 8, 23, 10)
10. Commentarios quosdam, inquam, Aristotelios, quos hic sciebam esse, veni, ut auferrem, quos legerem, dum essem otiosus; quod quidem nobis non saepe contingit. (Cic. *fin.* 3, 3, 10)
11. Utinam illum diem videam, cum tibi agam gratias, quod me vivere coegisti! Adhuc quidem valde me paenitet. (Cic. *Att.* 3, 3)
12. Non lubet commemorare, nec vero necesse est, tibi praesertim, qui interfuisti; vides tamen omnia fere, contra ac dicta sint, evenisse. (Cic. *div.* 2, 53)

13. Complures enim Graecis institutionibus eruditi ea, quae didicerant, cum civibus suis communicare non poterant, quod illa, quae a Graecis accepissent, Latine dici posse diffident; quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Graecis ne verborum quidem copia vinceremur. (Cic. *nat. deor.* 1, 8)
14. Epistulam tuam accepi post multos menses, quam miseras. Supervacuum itaque putavi ab eo, qui adferebat, quid ageres, quaerere. (Sen. *epist.* 50, 1)
15. Erat hiemps summa, tempestas, ut ipsum Sopatrum dicere audistis, perfrigida, imber maximus, cum iste imperat lictoribus, ut Sopatrum de porticu, in qua ipse sedebat, praecipitem in forum deiciant nudumque constituent. (Cic. *Verr.* II 4, 86)
16. ...accidit, quod fuit necesse, ut nonnulli milites, qui lignationis munitionisque causa in silvas discessissent, repentino equitum adventu interciperentur. (Caes. *Gall.* 5, 39, 2)
17. Puto fore ut, cum legeris, mirere nos id locutos esse inter nos, quod numquam locuti sumus, sed nosti morem dialogorum. (Cic. *fam.* 9, 8, 1)
18. Haec renuntiata Pheras legatio cum esset, ne paulum quidem dubitarunt, quin pro fide erga Romanos, quidquid fors belli tulisset, paterentur. (Liv. 36, 9, 8)
19. Eum ego uti ea pecunia volui, quoad liceret; itaque usus est menses XIII. (Cic. *Att.* 7, 7, 2)
20. Nec dubito, quin sine mea commendatione, quod tuum est iudicium de hominibus, ipsius Lamiae causa studiose omnia factururus sis. (Cic. *fam.* 12, 29, 2)
21. Intellego, pontifices, me plura extra causam dixisse, quam aut opinio tulerit aut voluntas mea. (Cic. *dom.* 32)

## 2. Přeložte do latiny

1. Za prvé se ptám, jaký měl Habitus důvod, aby (*dosl. proč*) chtěl zabít Oppianika.
2. Na základě toho dopisu se zdálo, že není pochyb, že do té doby přijde.
3. Myslel sis, že se stane, že uvidím Pompeia dříve, než tam přijdu.
4. Říkali, že nemají nic, co by říkali.
5. Bude velmi milé, jestliže mi napíšeš, co budeš dělat a co se ti líbí.
6. Vidím, že nikdo kromě tebe nepochybuje (o tom), zda nebezpečí pominulo nebo ne.
7. Myslím si, že tam zůstanu, dokud nepřijde.
8. Coelius píše, že to napsal a řekl mnoha lidem dříve, než se C. Gracchus stal tribunem lidu.
9. Nejen nemohli být podplaceni, ale dokonce poslali do Sparty legáty, aby obvinili Lýsandra, že se pokusil podplatit kněze toho chrámu.
10. Víím, že mi nezáleží na tom, zda to víím nebo to nevím.

11. Kdo neví, že prvním pravidlem historiografie je (to), aby se neopovažovala říct nic nepravdivého?
12. A proto tě prosím, aby ses staral, aby pochopil, že jsem ti to napsal dost důkladně.
13. P. Licinius Crassus se vymlouval, že mu slavnostní obřady brání, aby šel do provincie.
14. Bojím se, že neušetřím tvé (lidi), zatímco budu bránit svoje (lidi).
15. Zdá se mi, že jsem se provinil, když jsem od tebe odešel.

Habitus	Habitus, ī, m.
Oppianicus	Oppianicus, ī, m.
na základě (něčeho)	ex +abl.
do té doby	ante eam diem
tam	istūc
velmi milý	pergrātus, a, um
kromě	praeter +ak.
pominout, přejít	trānseō, ĩre, ĩi, itum
zůstat, zdržovat se (někde)	commoror, āri, ātus sum
podplatit	corrumpō, ere, rūpi, ruptum
Sparta	Lacedaemōn, onis, f.
Lýsandros	Lysander, drī, m.
obvinit	accūsō, āre, āvi, ātum
pokusit se	cōnor, āri, ātus sum
chrám	fānum, ī, n.
záležet (někomu)	interest, interesse, interfuit, - +gen.
▪ mně záleží	▪ meā interest
pravidlo	lĕx, lĕgis, f.
historiografie	historia, ae, f.
opovázit se	audeō, ěre, ausus sum
nepravdivý	falsus, a, um
důkladně	diligenter
vymlouvat se, omlouvat se	mĕ excūsō, āre, āvi, ātum
slavnostní obřad	sollemne, is, n.
provinil se	peccō, āre, āvi, ātum

### 3. Doplňte správný tvar

1. Mirabile videtur, quod non rideat haruspex, cum haruspicem (*videre; uvidí*) \_\_\_\_\_ . (Cic. *nat. deor.* 1, 71)
2. Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, quod non (*ride-re; se nesměje*) \_\_\_\_\_ haruspex, haruspicem cum (*videre; uvidí*) \_\_\_\_\_ . (Cic. *div.* 2, 51)
3. Illud dico, me, ut primum in contione provinciam (*deponere; jsem se vzdal*) \_\_\_\_\_ , statim quem ad modum eam tibi traderem, cogitare (*coepisse; začal jsem*) \_\_\_\_\_ . (Cic. *fam.* 5, 2, 3)
4. Non est, quod cogites, quanto diutius habere (*posse; jsi mohl*) \_\_\_\_\_ , sed quam diu (*habere; jsi měl*) \_\_\_\_\_ . (Sen. *dial.* 11, 10, 4)

5. Quod ubi perlatum ad Marcellum est, extemplo copias movit et ab hoste quattuor ferme milium intervallo consedit, quid (*agere, parare; dělají nebo chystají*) \_\_\_\_\_ve, expectaturus. (Liv. 25, 40, 9)
6. ...saepiusque mihi veniebat in mentem queri, quod ita (*vivere; žiji*) \_\_\_\_\_ quam gaudere quod (*vivere; žiji*) \_\_\_\_\_. (Cic. *fam.* 4, 13, 1)
7. Veniunt Syracusas; praesto est Apronius; ait eos ipsos, qui (*venire; přišli*) \_\_\_\_\_, contra edictum praetoris fecisse. (Cic. *Verr.* II 3, 68)
8. Reliquorum sententiae spem adferunt, si te hoc forte delectat, posse animos, cum e corporibus (*excedere; odejdou*) \_\_\_\_\_, in caelum quasi in domicilium suum pervenire. (Cic. *Tusc.* 1, 11, 24)
9. Sed cum intellegerem, quid (*sentire; tu*) \_\_\_\_\_, prudenter te arbitrabar (*videre; že vidíš*) \_\_\_\_\_, quid (*posse; můžeš*) \_\_\_\_\_. (Cic. *fam.* 10, 3, 3)
10. Quod me amicissime admones, ut me integrum, quoad (*posse; ego*) \_\_\_\_\_, servem, gratum est. (Cic. *Att.* 7, 26, 2)
11. Hic cum propter multas eius virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem (*accusare; aby ho obvinili*) \_\_\_\_\_, quod societatem cum rege Perse ad Graeciam opprimendam (*facere; prý uzavřel*) \_\_\_\_\_. (Nep. *Them.* 8, 2)
12. Reliquum est, ut (*consolari; ego*) \_\_\_\_\_ et (*adferre; ego*) \_\_\_\_\_ rationes, quibus te a molestiis (*conari; ego*) \_\_\_\_\_ abducere. (Cic. *fam.* 4, 13, 4)

#### 4. Doplňte do vět interpunkci, určete vedlejší věty a naznačte stavbu souvětí.

1. His [sc. iratis] aut subtrahendi sunt ei in quos impetum conantur facere dum se ipsi conligant (...) aut rogandi orandique sunt ut si quam habent ulciscendi vim differant in tempus aliud dum defervescat ira. (Cic. *Tusc.* 4, 36, 78)
2. Tu velim scribas ad me quid agas et ubi futurus sis ut aut quo scribam aut quo veniam scire possim. (Cic. *Att.* 6, 2, 3)
3. Etenim quis est tam vaecors qui aut, cum suspexit in caelum deos esse non sentiat, et ea quae tanta mente fiunt ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac necessitudinem persequi possit, casu fieri putet, aut cum deos esse intellexerit, non intellegat eorum numine hoc tantum imperium esse natum et auctum et retentum? (Cic. *har. resp.* 19)
4. Idem ego cum L. Clodium Corcyrae convenissem, hominem ita tibi coniunctum ut mihi cum illo cum loquerer te cum loqui viderer, dixi ei me ita facturum esse ut in eam partem quam Phania rogasset primum venirem. (Cic. *fam.* 3, 6, 2)

5. Etsi iam sperabam cum has litteras accepisses fore ut ea quae superioribus litteris a te petissemus impetrata essent, tamen non faciam finem rogandi quoad nobis nuntiatum erit te id fecisse quod magna cum spe exspectamus. (Cic. *Att.* 16, 16E, 2)
6. Haec res quem ad modum ceciderit et tota res quo loco sit velim ad me scribas et ita ut instituisti. (Cic. *Att.* 3, 24, 2)
7. Etenim accedit hoc, quod totum cuius modi sit mando tibi ut perspicias. (Cic. *Att.* 1, 12, 1)
8. Per totam Siciliam vagus praedas agebat ex sociis Romanorum neque intercludi ab Agrigento vi aut arte ulla nec quin erumperet ubi vellet prohiberi poterat. (Liv. 26, 40, 4)
9. Cum enim in homine nulla culpa inveniretur quid ille meruisset non quid de eo statutum esset quaerendum esse duxerunt. (Cic. *Cluent.* 126)

**5. Po změně času ve větě hlavní změňte další tvary, je-li to nutné**

1. Censuerunt frequentes, quoniam Flaccum auctoritas patrum nihil movisset, ad populum cum Flacco agendum. (Liv. 39, 39, 10)  
**Censent** frequentes...
2. Namque etiam in consilio superioribus diebus dixerat, priusquam concurrerent acies, fore, uti exercitus Caesaris pelleretur. (Caes. *civ.* 3, 86, 1)  
In consilio **dicit**...
3. Huic imperat, quas possit, adeat civitates horteturque, ut populi Romani fidem sequantur, seque celeriter eo venturum nuntiet. (Caes. *Gall.* 4, 21, 8)  
Huic **imperavit**...
4. Quamquam non negatis nos intellegere, quid sit voluptas, sed quid ille dicat. (Cic. *fin.* 2, 5, 15)  
Quamquam non **negavistis**...
5. Quae [sc. urbs] quidem mihi laetari videtur, quod tantam pestem evomuerit forasque proiecerit. (Cic. *Catil.* 2, 2)  
Quae \_\_\_\_\_ **videbatur**...
6. ...re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eo sit occisus, quod habere clausa non potuerit sua consilia de Verre. (Cic. *Verr.* II 3, 63)  
...re quidem vera nemo in Sicilia **dubitabat, quin**...
7. Multo denique die per exploratores Caesar cognovit et montem a suis teneri et Helvetios castra movisse et Considium timore perterritum, quod non vidisset, pro viso sibi renuntiavisse. (Caes. *Gall.* 1, 22, 4)  
Multo denique die per exploratores Caesar **cognoscit**...

8. De muro, imperavi Philotimo, ne impediret, quo minus id fieret, quod tibi videretur. (Cic. *Att.* 2, 4, 7)  
De muro, **imperat...**
9. Huius me constantiae puto fore, ut numquam paeniteat. (Cic. *fam.* 2, 16, 3)  
Huius me constantiae **putabam...**
10. Nemo enim fuit initio tam impudens, qui cum frumentum deberetur, pecuniam posceret. (Cic. *Verr.* II 3, 189)  
Nemo enim **est...**
11. Vitam militum neglegerem? At eos videbar **ea accepisse condicione**, ut eos, **quoad possem**, incolumis patriae et parentibus **conservarem**. Hostium condicionem repudiarem? (*Rhet. Her.* 4, 24, 34)  
At eos **videor...**
6. **Uvedte, které tvary by se musely změnit, aby došlo k naznačené změně. Je-li více možností, uvedte je. Provedte všechny nutné změny.**
1. ...existimas eos idcirco vitae meae pepercisse, quod de reditu meo nil timerent. (Cic. *Planc.* 71)  
**timeant:**
2. ...vereor, ne exeundi potestas non sit, cum Caesar venerit. (Cic. *Att.* 13, 9, 2)  
**venisset:**
3. Atque hoc etiam sunt timendi magis, quod, quid cogitent, me scire sentiunt neque tamen permoventur. (Cic. *Catil.* 2, 5)  
**cogitarent:**
4. Dicis oportere quaeri, homines M. Tulli iniuria occisi sint necne. (Cic. *Tull.* 38)  
**occisi essent:**
5. Quae cum essent incerta, existimavi tamen faciendum esse, ut ad te statores meos et lictores cum litteris mitterem. (Cic. *fam.* 2, 19, 2)  
**sint incerta:**
6. Commoventur amici Stheni, sperant fore, ut patris litteris nuntiisque filius ab illo furore revocetur. (Cic. *Verr.* II 2, 97)  
**revocaretur:**
7. Hortatur, ut simili ratione, atque ipse fecerit, suas iniurias persequantur. (Caes. *Gall.* 7, 38, 10)  
**persequerentur:**
8. Quaesivi, quae causa fuisset, cur bona non venissent, cum ex edicto possiderentur. (Cic. *Quinct.* 88)  
**possideantur:**

9. Iaciuntur enim voces, quae perveniunt ad auris meas, eorum, qui vereri videntur, ut habeam satis praesidi ad ea, quae vos statueritis hodierno die, transigunda. (Cic. *Catil.* 4, 14)

**statuissetis:**

10. Itaque opto, ne se illa gens moveat hoc tempore, dum ad te legiones eae perducantur, quas audio duci. (Cic. *fam.* 12, 19, 2)

**moveret:**

## 7. Konjunktiv jen kvůli závislosti?

**U následujících vět se pokuste určit:**

- zda je konjunktiv vyžadován typem věty
  - zda je použit pouze jako vyjádření způsobové závislosti bez zvláštního významového odstínu
  - zda je nebo může být nositelem zvláštního významového odstínu
1. Sed ego mallem ad ipsum scripsisses mihi illum satis facere, non quo faceret, sed ut faceret. (Cic. *Att.* 2, 25, 1)
  2. Sed quoniam coegisti, ut concederem, qui mortui essent, eos miseros non esse, perfice, si potes, ut ne moriendum quidem esse miserum putem. (Cic. *Tusc.* 1, 8, 15)
  3. Is cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit se id neminem facturum putasse. (Cic. *S. Rosc.* 70)
  4. Adeoque ea subita res fuit, ut prius Anienem transirent hostes, quam obviam ire ac prohibere exercitus Romanus posset. (Liv. 1, 36, 1)
  5. A Pausania, Lentuli liberto, accenso meo, audivi, cum diceret te secum esse questum, quod tibi obviam non prodissem. (Cic. *Att.* 3, 7, 4)
  6. Te tamen hoc scire volo, vehementer populum sollicitum fuisse de P. Sullae morte ante, quam certum scierit. (Cic. *fam.* 9, 10, 3)
  7. Haec, Lucili virorum optime, quominus legas, non deterreo, dummodo quicquid legeris, ad mores statim referas. (Sen. *epist.* 89, 18)
  8. Mercatoribus est aditus magis eo, ut, quae bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo ullam rem ad se inportari desiderent. (Caes. *Gall.* 4, 2, 1)
  9. Nihil puto tibi esse utilius quam ibidem opperiri, quoad scire possis, quid tibi agendum sit. (Cic. *fam.* 6, 20, 1)
  10. Mirabantur omnes hoc ei tum denique in mentem venisse, posteaquam tam multis eum factis decretisque iugulasset. (Cic. *Verr.* II 2, 64)

11. Adulescentulus vero sic initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim, quod continuo consilium dimiserit, simul ac me fractum ac debilitatum metu viderit. (Cic. *de orat.* 1, 121)
12. Petiere, ne, priusquam ipsi senatum Romanum adissent, Veios iretur. (Liv. 4, 58, 2)
13. Sed ad haec omnia una consolatio est, quod ea condicione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus. (Cic. *Att.* 15, 1, 1)
14. Non dubitabat Minucius, qui Sopatrum defendebat, quin iste, quoniam consilium dimisisset, illo die rem illam quaesiturus non esset, cum repente iubetur dicere. (Cic. *Verr.* II 2, 72)
15. Nescit omnino te communem causam defendere eorum, qui agros publicos possideant. (Cic. *Att.* 2, 15, 4)
16. Saepe audiui e maioribus natu, qui se porro pueros e senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium quod, cum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset e Thessalo Cineia esse quendam Athenis, qui se sapientem profiteretur, eumque dicere omnia, quae faceremus, ad voluptatem esse referenda. (Cic. *Cato* 43)
17. Nam cum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa, quae antea de dolore ipse sensisset. (Cic. *Tusc.* 2, 25, 60)

**8. Uvedte, jako podobu by mělo vyznačené souvětí, kdyby bylo nezávislé**

1. ...aiunt **manere animos, cum e corpore excesserint, sed non semper.** (Cic. *Tusc.* 1, 32, 78)
2. **Corrupisse dicitur A. Cluentius iudicium pecunia, quo inimicum suum innocentem Statium Albium condemnaret.** (Cic. *Cluent.* 9)
3. Ait autem **eodem tempore decretum iri, ut et iis et reliquis praetoriis provinciae decernantur.** (Cic. *Att.* 15, 9, 1)
4. Primum enim negatis **fieri posse, ut quisquam nulli rei adsentiat.** (Cic. *ac.* 1, 107)
5. ...suades, **ne longius discedamus, dum acta mensis Mai ad nos perferantur,**... (Cic. *Att.* 3, 8, 3)
6. **Hiemem credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certum haberemus, quid ageres maximeque ubi esses.** (Cic. *fam.* 12, 5, 1)
7. ...nemo ibit infitias, **Thebas et ante Epaminondam natum et post eiusdem interitum perpetuo alieno paruisse imperio, contra ea, quamdiu ille praefuerit rei publicae, caput fuisse totius Graeciae.** (Nep. *Epam.* 10, 4)
8. Nam ita **facillime, quid veri simillimum esset, inveniri posse** Socrates arbitratur. (Cic. *Tusc.* 1, 4, 8)
9. **De Aufidio et de Palicano non puto te exspectare, dum scribam.** (Cic. *Att.* 1, 1, 1)

10. Quid ergo? **Istae imagines** ita nobis dicto audientes sunt, ut, **simul atque velimus, accurrant?** (Cic. *div.* 2, 138)
11. Audebis ita accusare alterum, ut **quominus tute condemnere, recusare non possis?** (Cic. *div. in Caec.* 31)
12. Num censes **Ennium, cum in hortis cum Ser. Galba vicino suo ambulavisset, dixisse: „Visus sum mihi cum Galba ambulare?“** (Cic. *ac.* 1, 51)
13. Nec tamen fieri potest, ut **qui hac ratione philosophentur, hi nihil habeant, quod sequantur.** (Cic. *nat. deor.* 1, 12, 6)

## 9. Vyberte správný tvar

1. Quoniam quid tibi (*permittatur, permitteretur*), cognosti, quid mihi placeat, puto te (*scias, scires, scire*) oportere. (Cic. *fam.* 6, 8, 1)
2. Qui enim amisso Corfinio denique certiozem me sui consili fecit, is queretur Brundisium me non (*venire, venisse, venturum esse*), cum inter me et Brundisium Caesar esset? (Cic. *Att.* 9, 2a, 2)
3. Tace atque abi! Curata fac sint, cum a foro (*redeam, redirem, redierim, redissem*) domum! (Plaut. *Aul.* 273)
4. Scribunt enim ad me amici eius me illi nullo modo satis fecisse, quod in senatum non (*venissem, venerim*). (Cic. *Att.* 10, 8, 3)
5. ...graviter eos accusat, quod, cum neque [sc. frumentum] emi neque ex agris sumi possit, tam necessario tempore, tam propinquis hostibus ab iis non (*sublevetur, sublevatus sit, sublevaretur, sublevatus esset*), praesertim cum magna ex parte eorum precibus adductus bellum (*susceperit, susepisset, suscipere, suscepisse*). (Caes. *Gall.* 1, 16, 5)
6. Eleganter mihi videtur Panaetius respondisse adulescentulo cuidam quaerenti, an sapiens (*amet, amaturus sit, amaturus esset, amaret, amare, amaturum esse*). (Sen. *epist.* 116, 5)
7. Socraten aiunt colapho percussum nihil amplius (*dicere, dixisse, dicturum esse*) quam molestum esse, quod nescirent homines, quando cum galea prodire deberent. (Sen. *dial.* 5, 11, 2)
8. Qua re non ignoro, quid sociis (*accidat, accideret, accidit, accidere*) in ultimis terris, cum (*audirem, audivi, audivissem, audiverim*) in Italia querelas civium. (Cic. *ad Q. fr.* 1, 1)
9. Ea enim audiebamus et ea verebamus ut, quodcumque tu consilium (*cepisti, cepisses, ceperas, ceperis*), id nobis persequendum (*putamus, putaremus, putemus, putare*). (Cic. *Att.* 8, 11B, 1)
10. Non modo iam nemo est tam imperitus, qui ea, quae gessi in consulatu, peccata esse (*dicit, diceret, dicat, dicet*), sed nemo est tam inimicus patriae, qui non meis consilii patriam (*conservetur, conservatur, conservari, conservatam esse*) (*fatetur, fateatur, fateretur, fateri*). (Cic. *dom.* 72)

11. Postea vero quam magnam spem habere (*coepi, coepissem, coeperam*) fore, ut te brevi tempore incolumem (*habuissemus, haberemus, habeamus, nos habere, habituri essemus, habituri simus, nos habituros esse*), facere non potui, quin tibi et sententiam et voluntatem (*declararem, declarem, declaravissem, declaraverim, declaravi*) meam. (Cic. *fam.* 6, 13, 1)
12. Multa etiam sunt in nostris institutis ducta ab illis [sc. Pythagoreis]; quae praetereo, ne ea, quae repperisse ipsi putamur, aliunde didicisse (*videmur, videamur, videri*). (Cic. *Tusc.* 4, 2, 4)

## 10. Dejte do závislosti

1. Nesciunt, quid faciant.  
**Videntur...**
2. Nihil interest, utrum haec Messanae an apud istum in praetorio loquatur.  
**Non intellegebat miser...**
3. Ardet balineum an calet?  
Nihil mihi **videtur iam interesse...**
4. Doleam necne doleam nihil interest.  
**Doce...**  
**Docuit...**
5. Fiet, ut legem non ferat.  
**Putas...**
6. Tempus est, ut eamus ad forum.  
**Videtur...**  
**Videbatur...**
7. Nescis, quid nostris faciendum sit.  
**Scribis...**  
**Scripsisti...**
11. Uved'te, které tvary mají platnost času hlavního a které času vedlejšího. Pokuste se najít vysvětlení.
1. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intellegat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. (Cic. *fam.* 13, 25, 1)
2. Quoniam quod iudicium et quo consilio constitutum sit, cognostis, nunc rem ipsam, ut gesta sit, dum breviter vobis demonstro, attendite. (Cic. *Tull.* 13)
3. Praeclarum autem nescio quid adepti sunt, quod didicerunt se, cum tempus mortis venisset, totos esse perituros. (Cic. *Tusc.* 1, 21, 49)

4. „An,“ inquit, „oblitus es, quid initio dixerim, facilius me, talibus praesertim de rebus, quid non sentirem, quam quid sentirem, posse dicere?“ (Cic. *nat. deor.* 2, 2)
5. Hoc tam triste responsum cum rettulissent legati, vocatur in contionem a magistratibus populus, ut quid agerent, consultarent. (Liv. 37, 28, 3)
6. Ego haec omnia Chrysogonum fecisse dico, ut ementiretur, ut malum civem Roscium fuisse fingeret, ut eum apud adversarios occisum esse diceret, ... (Cic. *S. Rosc.* 127)

## 12. Vysvětlete použití konjunktivu v následujících větách a určete typy vedlejších vět

1. Postea, cum mihi nihil neque a te ipso neque ab ullo alio de adventu tuo scriberetur, verebar, ne ita caderet, quod etiam nunc vereor, ne, ante quam tu in provinciam venisses, ego de provincia decederem. (Cic. *fam.* 2, 19, 1)
2. De causa autem ipsa malim quidem te ab hoc dissentire; sin cesseris, non magnopere mirabor: memini enim Antiochum ipsum, cum annos multos alia sensisset, simul ac visum sit, sententia destitisse. (Cic. *ac.* 1, 63)
3. Credo ego vos, iudices, mirari, quid sit quod, cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, qui neque aetate neque ingenio neque auctoritate sim cum his, qui sedeant, comparandus. (Cic. *S. Rosc.* 1)
4. Ex quo intellegi potest eos vobis esse carissimos, qui ita vixerint, ut sine vestro praesidio salvi esse non possint. (Cic. *Verr.* II 3,8)
5. Et ait etiam meus familiaris et necessarius eandem causam Alexandrinis fuisse, cur laudarent Gabinium, quae mihi fuerit, cur eundem defenderem. (Cic. *Rab. Post.* 32)
6. Neminem esse toto orbe terrarum, qui delectetur lacrimis tuis, audacter dixerim. (Sen. *dial.* 11, 5, 2)
7. Quare quod dandum est amicitiae, large dabitur a me, ut tecum agam, Servi, non secus, ac si meus esset frater, qui mihi est carissimus isto in loco... (Cic. *Mur.* 10)
8. Hoc video, dum breviter voluerim dicere, dictum a me esse paulo obscurius, sed experiar et dicam, si potero, planius. (Cic. *de orat.* 1, 187)
9. Ipse interea, quoad legiones conlocatas munitaque hiberna cognovisset, in Gallia morari constituit. (Caes. *Gall.* 5, 24, 8)
10. Ne illud quidem dubium est, quin hunc ipsum Philippum pactum iam per legatos litterasque cum Hannibale, ut in Italiam traiceret, misso cum classe Laevino, qui ultro ei bellum inferret, in Macedonia continuerimus. (Liv. 31, 7, 4)
11. Accusat eos, quod eiusmodi de se sermones habuerint, rogat, ut id facere desistant et in sua quisque dicat navi se tantum habuisse nautarum, quantum oportuerit, neque quemquam esse dimissum. (Cic. *Verr.* II 5, 102)

12. Etsi, cum tu has litteras legeres, putabam fore, ut scirem iam, quid Brundisi actum esset (...), tamen angebar singularum horarum expectatione mirabarque nihil adlatum esse ne rumoris quidem; nam erat mirum silentium. (Cic. *Att.* 9, 1, 1)

### 13. Odpovězte

1. Sin vera sunt, quae dicuntur, migrationem esse mortem in eas oras, quas qui e vita **excesserunt**, incolunt, id multo iam beatius est. (Cic. *Tusc.* 1, 41, 98)

O praeclarum lucrum, cum te victore – quod di omen avertant! – beata mors eorum futura sit, qui e vita **excesserint** sine tormentis. (Cic. *Phil.* 13, 41)

Sed ad eos, si placet, qui vita **excesserunt**, revertamur. (Cic. *Brut.* 262)

- Porovnejte použití *excesserint* a *excesserunt*.
- Uveďte, zda je konjunktiv použit pouze z důvodu způsobové závislosti nebo je nositelem nějakého významového odstínu.
- Zamyslete se, zda by bylo možné nahradit indikativ konjunktivem a zda by došlo ke změně významu.

2. Atque hoc scitis omnes, usque adeo hominem in periculo fuisse, **quoad** scitum est Sestium vivere. (Cic. *Sest.* 82)

Video, **donec** arma adversariis tradantur, differri adversus nos certamen. (Liv. 3, 54, 4)

Mihi quidem numquam persuaderi potuit animos, **dum** in corporibus essent mortalibus, vivere, cum excessissent ex iis, emori... (Cic. *Cato* 80)

Atque utinam continuo ad complexum meae Tulliae, ad osculum Atticae possem currere! Quod quidem ipsum scribe, quaeso, ad me, ut, **dum** consisto in Tusculano, sciam, quid garriat, sin rusticatur, quid scribat ad te... (Cic. *Att.* 12, 1, 1)

Tu quidem et prudenter et amice suades, ut in his locis potissimum sim, **quoad** audiamus haec, quae commota sunt, quorsus evadant. (Cic. *Att.* 16, 15, 4)

- Porovnejte použití způsobů v časových větách s *dum*, *donec*, *quoad* a pokuste se ho zdůvodnit.
- U konjunktivních vět uveďte, zda by v nezávislém souvětí byl nebo mohl být v některé větě indikativ.